

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 664071-0

Fax: +43(732) 664071-344

seculi. **P**rima igitur domus dei est quelibet ecclesia materialis ad honorem dei dedicata. **D**e qua ipse dominus dicit. **J**ohan. ij. Nolite facere domum patris mei domum negotiationis. **E**t alibi. **M**atth. xj. Domus mea domus orationis vocabitur. **S**ecundam domum disposuit sibi deus spiritalis. **E**t hec est duplex. **S**pecialis videlicet et **C**ommunis. **S**pecialis est quelibet deuota anima ad imaginem dei facta. **D**e qua dicit propheta. **D**omum tuam domine decet sanctitudo: in longitudine dierum etc. **T**ercia domus est spiritualis **S**ed communis: tota videlicet ecclesia catholica que supra ipsum christum velud supra firmam petram est fundata. **P**rouer. ix. Sapientia edificauit sibi domum excidit in ea columnas septem. id est septem sacramenta. **Q**uarta vero domus est pacifica et tranquilla: que est ecclesia triumphans omnium beatorum. **D**e qua **P**s. **B**eati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te. **T**ercio **J**ohan. xliij. In domo patris mei mansiones multe sunt. **S**ed per peccatores in quibus illarum domorum fit tanta abominatio nostris modernis temporibus. tamquam violentia quam merito oes humiliter corde proferre debemus: et possumus eas lacrimis oculi deplacere et deplacendo finem operum tunc a domino salubriter impetrare. **P**rimo igitur fit abominatio et violentia in prima domo ab ipsismet domo incolis scilicet clericis in ea prebentibus: qui moderno tempore raro visitant domum dei: imo rarissime eam orationis querentes ibi deum. **Q**ui **P**etrus et iohannes ascendeabant ad templum ad horam orationis nona Actum. ij. **S**ed iam penitus visitant eam eam portionem querentes ibi ministerium: non deum. **I**sti sunt: de quibus dicit **I**erem. vj. **A** maioribus visis ad maiorem oem auaritie student. **I**sti per intrant ecclesias propter salutem ventris: quam propter salutem mentis. **D**e quibus dicit **A**p. ad philip. iij. **Q**uorum deus venter est. **E**t tales sunt filij heli et filij belial. **D**e quibus dicit **1**o. **R**e. ij. **E**rat autem peccatum puerorum heli: grande coram domino: quia retraherant homines a domini sacrificio: **S**ic et hodie nostra die propter auaritiam: gulam: et luxuriam clericorum multi laici ab oblationibus et sacrificiis retrahunt. **T**ercio alia est abominatio que fit in eadem domo ab ipsis qui visitant ipsum causa vane glorie: **E**t ostendant se esse bonos atque subiles cantores